



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Ascensio typus est gloriæ, & nostræ pignus fidei. Capvt VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

Christi resurgens triumpho

Redit tamen illa mens, redit victrix, glorie suae splendore quasi purissimis vestibus amicta innumeris Angelorum beatorumque civium choris septa, quorum alij (opinor) triumphos canunt victori, alij gaudio tripudiant, alij palmas, & lauros praeferrunt, alij iucundissimam caelestium florum messem plenibus manibus inspergunt. Interim anima subtiliter influit in corpus, quod in morte reliquerat, sui que pene simillimum facit: Na lapidem statim permeavit, nec eius subtilitati marmoris soliditas resistit. Et vbi iam oris pallores? vbi illita sputorum foeditas? vbi concretus sanguis? vbi spinarum vestigia, vbi iuvenes humeri? vbi manantes eruoris rivus? vbi flagellis artus concisi? Tam breui momento tanta ignominiae fuligo deterfa est, & glorie fulgor occupavit omnia. Et nunc quidem frons serena, nunc illustres oculi, nunc ad gratiam rubescens genae, nunc os purpureum, nunc collucet, & vibrat auro caesaries; ad summum totus est quasi sol prorumpens e nube.

Christo ad mirabilis pulchritudo restituta.

Gregorius Nyss. orat.

hda resurr

Ωπερ κατὰ τὸ πρὸ κείων τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν θεῖα μα. δι φῶς περιεστράφη, τὸ τὰς ὀφθαλμοῦ ἐκ μυστικῶν λαμπάδων ἐρανεῖόμενον, οὕτω πᾶσα ἡ τῆ χριστοῦ εὐλογία κατ' ἀνάστασιν λαμπρῶσα, τὸ τοῦ ἡμῶν τὸ μέγα φῶς ἀπεργάζεται.

Non aliter quam in spectaculo nobis aliquo proposito lumen vnum ex innumeris facibus constatum perfringeret aciem oculorum, omnis Christi benedictio in resurrectionis fulgens gratia: magnum animis nostris splendorem immitit.

Ascensio typus est gloria, & nostra pignus fidei.

CAPVT VIII.

Postea deinde triumphos ex hac victoria consequutos, & videbis non quidem quadrigis albis per laureatas militum cohortes volantem, sed lucida aube circumfusum, penetrantem in illas aeternis sideribus illuminatas domos, suae gloriae iam diu destinatas. Quae gradientis maiestas, quae oculorum fulgura, quis vultus splendor, quae lux ex to-

Christo ascendit

to corpore defluit? Mirantur illibati stellarum quid faciat ignes, obstupescit luna, sol ipse moderator caelestium siderum, fons, & dispensator luminis, suas tenebras cum tanti luminis fulgore comparatas ingenuae fateretur, caeli deinde omnes sanctissimo horrore perfusi, certatim sibi tam sancti, tam augustum, tam diuini, hominibusque salutare sidus, omnibus votis desiderant: verum maius est quam ut istis sedibus detineatur, longius ut apparet progreditur, & recta inuolat in aeterni Patris sinum. Aperiuntur ille tot saeculis clausae fores, & caelestis triumphator ingreditur. Quanta quam velox! quam stupenda caelestium militum acies occurrit intranti! qui vultus! quae lumina! qui apparatus! qui flores! quae suffimenta! qui venientium, hinc, & inde beatarum mentium concursus! quae colloquia! quis amor! quae vniuersorum laetitia! Qui Patris aeterni, & filij complexus, quam sancta! quam suavis! quam fidelis confociatio! hoc ne Angeli quidem possunt dicere.

Ascendit in caelum, ad Patrem scilicet fru. D. Ambrosium carnis praefertens, in discipulis iusticiae semina de na derelinquens, Dominum euntem ad caelos ratione non praecedit sed comitatur gloriosa captiuitas: festiuit non ante vehiculum ducitur, sed ipsa euihit ad Penitentiae uatorem: Quodam enim ministerio dum filius Dei filium hominis sustollit ad caelum ipsa captiuitas portatur, & portat.

Panegyricorum sacrorum magnam, & uerberem esse materiam in sanctissimae Virgine Maria Dei Matre.

CAPVT IX.

Quod si panegyricorum etiam flores cogitas, & volucris, atque incitata luxuria ut cupit in mulierum laudes oratio. Noli, quae so noli apud Hecratem Helenam querere illam Martis, & Veneris luctuosam facem, in quam venalis linguae myrocheria, laiciuientis ingenij diuitias sophista pictior effudit.

In promptu est quam laudes, & quae tibi laudationis praemium reddat cum saenore, Puella toties mundi iam prope deposita, & in aeternis sordibus ingemiscens precibus, ac votis

Oratio uolucris. Helena fac Martis & Veneris.

Maria uirginum aduentus expectantur votis